

Lektion 4

1. Flûmen est Arar¹, quod per fînês Haeduôrum² et Sêquanôrum³ in Rhodanum influit incrêdibilî lénitâte.
2. Mîlîtês propter propinquitâtem et celeritâtem hostium Caesaris imperium nôn exspectant, sed per sê necessâria administrant.
3. Gallia est omnis dîvîsa in partês três, quârum ûnam incolunt Belgae⁴, aliam Aquitânî⁵, tertiam, quî ipsôrum linguâ Celtae⁶, nostrâ Gallî appellantur.
4. In omnî Galliâ hominum, quî aliquô sunt honôre, genera sunt duo. Nam plêbs paene servôrum habêtur locô, quae nihil audet per sê, nûllîs adhibêtur conciliîs. Plêrîque, cum aere aliénô aut magnitûdine tribûtôrum aut iniûriîs potentium premuntur, sêsê in servitûtem dant nôbilibus, quibus omnia sunt iûra, quae dominîs in servôs. Sed dê duôbus generibus alterum est druidum, alterum equitum.
5. Dêfectiône Haeduôrum⁷ bellum augêtur. Légâtîônês in omnês partês mittuntur.
6. Equitês nostrî levisque armatûrae peditês rursus in aliam partem fugam petunt, et cälônês, quî ab decumânâ portâ ac summô iugô collis hostês in castrîs nostrîs vident, fugae sê mandant.
7. Mîlîtês duârum legiônum, quae in novissimô agmine praesidiô impedîmentîs sunt, ab hostibus conspiciuntur.
8. Caesar in fînês Ambianôrum⁸ pervenit, quî sê suaque omnia sine morâ dêdunt.

¹ Arar, Araris = die Saône (rechter Nebenfluß der Rhone).

² Haeduî -ôrum m = die Häduer, mächtigster Stamm Zentralgalliens mit einem weitverzweigten Netz abhängiger Stämme.

³ Sequanî -ôrum m = die Sequaner, großer keltischer Stamm, dessen Gebiet sich zwischen dem Juragebirge, der Rhône, der Saône und dem Rhein erstreckte. Ihr Hauptort war Vesontio, heute Besançon.

⁴ Sammelname für die keltisch-germanischen Volksstämme im Nordwesten Galliens und im heutigen Belgien, zwischen Seine, Marne, Mosel und Rhein.

⁵ Aquitânî, -ôrum m = die Aquitanier, ein iberischer (heute baskischer Volksstamm) im südwestlichen Gallien zwischen Atlantik, Garonne und Pyrenäen.

⁶ Celtae, -ârum m = die Kelten, die eigensprachliche Bezeichnung der Bewohner Zentralgalliens vgl. Anm. 2

⁷ Ambiânî -ôrum m = die Ambianer, belgischer Volksstamm an der Somme (lat. Samara) um Amiens (lat. Samarobriva).